



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Canones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

Ego Vvolstanus Eboracensis confoldau.  
Ealdelmus episcopus gratum habens.  
Ego Algarius episcopus concedo.  
Ego Leofricus episcopus confirmo.  
Ego Haldenne princeps regis pro viribus assensum præbeo.  
Et ego Turkillus dux concedo.

Facta est autem ista concessio anno dominicæ incarnationis 1018.

CONCILIVM LEGIONENSE  
ÆRA ML. ID EST ANNO CHRISTI MXII.

sub Alphonso V. rege Legionensi.

*Decreta Alphonsi regis & Geloiræ reginæ.*

P R A E F A T I O.

SVB æra millesima quinquagesima, viii. Kalendas Augusti, in præsentia regis domini Adelfonsi & vxoris eius Geloiræ reginæ, conuenimus apud Legionem in ipsa sede beatæ Mariæ omnes pontifices, & abbates, & optimates regni Hispaniæ, & iussu ipsius regis talia decreuimus, quæ firmiter teneantur futuris temporibus.

C A N O N E S.

I.

In primis censuimus, vt in omnibus Conciliis, quæ deinceps celerabuntur, causæ ecclesiæ prius iudicentur, iudiciumque rectum absque falsitate consequantur.

II.

Præcipimus etiam, vt quidquid testamentis concessum, & roboratum aliquo tempore ecclesia tenuerit, firmiter possideat: si vero aliquis inquietare voluerit illud quod concessum est testamentis, (quidquid fuerit) testamentum in Concilio adducatur, & a veridicis hominibus, vtrum verum sit exquiratur: & si verum inuentum fuerit

ANNO CHRISTI 1012.  
testamentum, nullum super \* eum agatur iudicium,  
sed quod in eo continetur scriptum quiete possi-  
deat ecclesia in perpetuum. Si vero ecclesia aliquid  
iure tenuerit, & inde testamentum non habuerit,  
firment ipsum ius cultores ecclesiæ iuramento, ac  
<sup>\* preciu-</sup>  
<sup>dicer</sup>  
<sup>tricen-</sup>  
<sup>nium</sup>  
<sup>\* post tri-</sup>  
<sup>centium</sup>  
deinde possideat perenni æuo : nec \* pareat tri-  
ennium iuri habito , seu testamento : Deo etenim  
fraudem facit qui \* per triennium rem ecclesiæ re-  
scindit.

III.

Decreuimus etiam, vt nullus contineat seu con-  
tendat episcopus abbates suarum diceceseon , siue  
monachos, abbatissas, sanctimoniales, refuganos,  
sed omnes permaneant sub ditione sui episcopi.

IV.

\* aliquid  
rapere ;  
\* intra  
\* quid-  
quid  
\* iniuste  
abstulerit  
\* cultori-  
bus ipsius  
Mandauimus adhuc , vt nullus audeat \* rapere  
ab ecclesia: verum si aliquid \* infra coemeterium  
per rapinam sumpserit, sacrilegium soluat; & \* si  
quid inde abstulerit, vt rapinam reddat. Si autem  
extra coemeterium \* abstulerit rem ecclesiæ, red-  
dat eam , & calumniam \* ipsius ecclesiæ , more  
terræ.

V.

\* se ipsa  
\* maiori-  
no regis  
\* diui-  
darque  
Item decreuimus , vt si forte aliquis hominem  
ecclesiæ occiderit, & per \* seipsum ecclesia iusti-  
tiam adipisci non potuerit, concedat. \* .... vo-  
cem iudicii, \* diuidant per medium calumniam  
homicidii.

VI.

Iudicato ergo ecclesiæ iudicio, adeptaque iu-  
stitia, agatur causa regis, deinde populorum.

Concil. Tom. 25.

Nn ij

VII.

Decreuimus iterum ut nullus emat hereditatem serui ecclesiæ, qui autem emerit eam, perdet eam & precium.

Hic multa decreta sequebantur in codice ad ciuilem potius quam ecclesiasticam regni gubernationem pertinentia, quæ ideo omisimus. *Hac Baronius anno 1012.*

N O T A.

Acta Concilii vnde accepta.

\* *Concilium.*] Acta huius Concilii ex manuscripto codice Hispanico per Valerium Serenum Louaniensem anno Christi 1565. excerpta accepi a reuerendo & doctissimo viro domino Iacobo Huttero sacrae theologiae doctore, & metropolitanæ ecclesiae Coloniensis canonico presbytero: contuli eadem cum excusis Baronianis, quæ etiam si parum & non nisi locis in margine notatis discrepant, hoc tamen singulare habent, quod lacunam illam apud Baronii annales reliqtam impleant, verbaque apud ipsum omisla restituant ista: *Concedat maiorino regis vocem iudicij, dividatque per medium columnam homicidii: item quod post sextum capitulum, cuius initium est: Indicato ergo ecclesia, &c. addatur in nostro codice septimum istud capitulum: Decreuimus iterum ut nullus emat hereditatem serui ecclesia, qui autem emerit eam, perdet eam & precium.*

Rod. lib. 5. cap. 19. Post quod immediate subiungitur: *Reliqua quadraginta decreta pertinent ad res ciuiles.* Huius Concilii meminit Rodericus Toletanus his verbis: *Rex autem Adelfonsus Concilium celebravit & redificauit Legionem, quam Almanzor & Habdelmalich filius eius destruxerunt, & leges Gothicas reparauit, & alias addidit, que in regno Legionis etiam hodie obseruantur.*

CONCILIVM AVRELIANENSE

CONTRA NOVOS MANICHÆOS HÆRETICOS  
in Gallia celebratum anno Christi MXVII. tempore  
Benedicti papæ VIII. & Roberti regis.

N O T A.

\* *Concilium.*] Cum hoc tempore, anno nimirum Christi 1017. apud urbem Aurelianensem hæresis Manichæa per mulierem Italam refuscitata & disseminata fuisse, eamque Heribertus & Lisoius duo palati proceres regi familiares imbibissent, vicinisque locis spargere tentassent, libereque pronuntiarent futurum breui ut vniuersus populus sua dogmata amplecteretur, rex Christianissimus hac de re